

quam instrumentis contineatur, sunt singulares in fa- & to: Vnus etenim deponit de pignore, alius vero de pa- & de retrovendendo intra quatuor vel quinque men- ses. Et quamvis primus testis deponens de pignore in sui dicti ratione videatur concludere in pacto de re- trouendendo, & sic secundo testi consonare, differunt tamen in tempore ipsius pacti vitæ: quia primus dicit, quoadocumque, secundo vero, intra quatuor vel quinque menses. Maxime, quia si recte inspiciantur verba vltima primi testis, magis videtur deponere de auditu quam de visu: quo fit, vt minime testes sint & standum sit omnino instrumentis productis, quibus continetur ven- ditio d. domus f. non vero pignorat. Præmaxime, cum attentio iure Regio standum sit instrumento publico, quando confectum est a tabellione publico bonæ fa- mæ, & ipsum instrumentum agnoscente, etiam si testes instrumentarii rem aliter se habere deponant, vt in l. 1. v. & ibi Gregor. Lop. tit. 1.8. partit. 3. de quolite D. Couarr. libr. 2. resolut. cap. 13. numer. 11. & 12. vbi alias leges Regias allegat & procedit per conclusiones. Et in præsentibus instrumentariis non sunt contrarii instrumento, & tabellio, qui illud confecit, est bonæ famæ & agnos- cit instrumentum ipsum coram se fuisse a partibus ce- lebratum, sicque absque dubio in proposito standum est prædicto instrumento venditionis, & absolucndus reus.

Secundo, quia et si testes actoris cõtestes & sufficien- tes essent circa quatuor vel quinque menses pacti de re- trouendendo, quod diffiteor, adhuc non haberet lo- cum ipsius intentio, quoniam plures anni iam sunt elap- si post d. quinque menses, nec vnquam fuit petita d. domus, nisi nunc, nec tẽpus absentia d. actoris sibi pro- dest propter longum tempus præsentia postea elaplum vt ex ipsius probationibus patet.

Tertio & præcipue, quia licet effemus intra termi- num dicti pacti de retrovendendo, adhuc contra dict. tertium domus possessorem non haberet locum actio ex eo, cum sit personalis, & non sequitur rem, sed per- sonam ad interesse: præcipue, quando pactum concipitur verbis obliquis reddendi vel restituendi vel simi- libus, sicut prædicti testes fateri videntur, non vero di- rectis, vt puta, quod res sit in emta, vt in pacto legis cõ- missoria, vel adiectionis in diem, vt tradunt Doctores, præcipue la. in l. ab emtione, numer. 8. ff. de pact. & ibi no- tissime Joann. Orosc. numer. 35. & sequentibus, Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam, in declaratione legis Regia, in prima limitatione, num. 9. & 10. fol. 2.91. & sequent. ff. de re iudic. d. l. l. l. Boer. decis. 182. num. 16. & sequentibus, & optime Traquel. de retrac. conuentio. §. 1. glof. 7. numer. 6. & sequentibus. fol. mibi 265. e Anton. Gom. 2. secundo tome, capit. 2. de emtione & venditione, numer. 29. l. Regia 42. ad fin. tit. 1. partit. 5. & ibi expresse Gregorius Lopez in glossa finali.

Non obstat asserere, quod in hoc pacto de retroven- dendo interuenit modicitas pretii, quia pactum hoc si illud interuenit, non fuit celebratum cum reo, neq; ipse reus la sit actorem in pretio. Quia actor vendidit d. domum (quam minoris eme- rat) d. l. de fono, l. de fono autem eam postea vendidit cuidam Petra quo emit d. reus maiori pretio, quã eam vendiderat d. actor l. de fono præfato: quo fit, vt nul- lum ius subueniat d. actori aduersus reum. Hæc lis po- stea fuit decisa iudiciali sententia in fauorem d. rei, & pronuntiatum fuit iuxta petita ab eo.

S V M M A R I A.

- 1 Res immobilis præscribitur spatio decem annorum in- ter presentes & viginti inter absentes, cum titulo & bona fide.
- 2 Tempus possessionis antecessoris prodest successoribus.

- 3 Fundans se in aliqua qualitate requisita pro forma vel substantia alicuius actus vel dispositionis, siue agendo, siue defendendo, necessario & formaliter debet eam probare.
- 4 Quando negatiua est causa intentionis alicuius, siue a- gentis siue excipientis, probanda est ab eo.
- 5 Monachus vel monialis per ingressum religionis amit- tit patriam potestatem, atq; in Abbatis & monasterii illius ditionem transit.
- 6 Index cum causa cognitione legitime vel necessaria cogit maritum licentiam præstare uxori ad omne illud, quod ipsa facere non possit absq; licentia viri, quod si maritus renuat, index concedit, & hoc attendit l. Reg. Tau. secus autem erat de iure communi, præterquam in paraphernalibus, vt in n. 7.
- 7 Impeditio agere bene currit præscriptio, quando ipse po- tuit remouere impedimentum, & fuit negligens in re- mouendo.
- 8 Interruptio ciuilibis non prodest aliis personis, quam in- terrumpenti.
- 9 Emens a procuratore alterius non præscribit, non con- sisto de mandato, vel si sibi non est dictum, a fide di- gnis personis, illum procuratorem habere manda- tum.
- 10 Emens a persona fide digna & valde notabili, vendente nomine alterius & tanquam eius procuratore, habet instam causam et credendum sufficientemq; creduli- tatem ad præscribendum.
- 11 Bono viro credendum est.
- 12 Mandatum non præsumi per cursum longissimi tempo- ris, quomodo procedat & intelligatur.

CONSILIVM XXVIII.

Vltis iuribus vtriusq; partis, tam dominarũ Fran- cisc. & Ioann. actricium, quam D. Nidac. & con- sortium reorum super quadã parte fundi, quam petunt eadem actrices a præd. reis attenda possessione quinquaginta duorum annorum reorum eiusdem in- tegri fundi cum titulo & bona fide, iustitiam eorum in præscriptione tantam fundabo, omittis aliis plurib. pro ipsis facientibus, quæ constant ex processu & sunt notoria.

Primo, quia f. præhabita dicta legitima possessione & præscriptione longissimi temporis cum titulo & bo- na fide quinquaginta duorum annorum, quatenus at- tinet ad dictam D. Francisc. de Sylu. iustitia reorum ma- nifesta est: quia iuxta ius commune & l. Reg. res im- mobilis præscribitur spatio 10. annorum inter presen- tes & viginti inter absentes cum titulo & bona fide, vt in toto tit. l. de præscrip. long. temporis 10. & 20. annor. & in l. 1. tit. 29. p. 3. cum aliis similib.

Et tempus f. possessionis eiusdem rei immobilis an- tecessorum prodest successoribus, vt in l. id tempus, in principio, & in l. possessio testatoris ff. de usucapion. & in l. 6. tit. 29. part. 3. sicque legitime completa est præscriptio in hoc casu, & supersunt alii triginta & duo anni. Quo fit, vt dicta D. Francisc. remaneat exclusã, cum sit per- sona priuata, non autem religiosa, vt constat ex instru- mento compromissi in processu producto, vbi ipsa fa- tetur se esse nupturam, nec contrarium allegatur nec probatur. Excluditur etiam eadem Franciscã, eo, quod sit heres sui patris, vt constat ex dicto compromisso & sententia arbitraria, vt in l. cum a matre, cum materia, l. de rei vendicat. & in l. 24. in secunda parte, tit. 13. part. quinta.

Respectu autem d. dominæ Ioannæ sororis d. Fran- cisc. idem petentis, rei quoque absoluendi sunt ob dict. legitimam præscriptionem cum titulo & bona fide, per iura supra allegata. Nec oberit, si dicitur pro parte dictæ domin. Ioan. & monasterii, vbi degit, quod sit monialis & quod

& quod contra Ecclesiam & monasterium teneatur probare, quod supradictum est, allego optimum text. in argu- mentum in c. illud, de prescrip. Vbi postquam tex. in sui princip. dixerat, quod aduersus Ecclesias non admittatur minor præscriptio 40. annor. dicit postea in versic. verum, quod si de prescrip. & interruptione ipsius fuerit inter par- tes mota q. ab utraq; parte testes recipi debent, & si probata fuerit interruptio, præscriptio non tenebit. Ecce ergo text. expressum, qui loquitur in præscriptione 40. annorum probata a reo aduersus Ecclesiam. Et ad hoc, vt prædict. præscriptio excludatur, requirit text. vt actor probet in- terruptionem ipsius. Et ita demum inquit tex. præscriptio- nem non tenere, si probata fuerit interruptio. Ergo, si non probetur interruptio, iudicandum est pro præscriptione: sicut in proposito contingit: quia rei probauerunt possessionem integri fundi cum titulo & bona fide 52. annor. & sic maioris temporis, quam requireretur ad præscribendum aduersus Ecclesiam, actorq; nempe mo- nasterium, minime probauit interruptionem, vt supra dictum est: Ergo contra ipsum iudicandum, vt in d. c. illud, & ibi notant Doct.

Vterius ad idem est optimus text. in c. auditis, de præ- scrip. Vbi præsupposito, quod quamdiu vacat sedes pastoralis, non currit præscriptio contra Ecclesiam, vt in c. de quarta, eoa. m. tu. de prescrip. Casus in d. c. auditis, ita potest figurari. Quidam Episcopus Vigorensis asse- rebat, quasdam Ecclesias collocatas & sitas in valle de Hen- scam ad se pertinere lege diceciana (hoc est) tanquam sue dicecisi. Abbas vero de Henescam reus contentus dicebat, ad se pertinere præd. Ecclesias, & exemptas esse a iurisdictione Episcopi vniuersi primum quo undam Regum, & quia eas præscripserat Abbas legitime aduersus dignitatem Episco- pale. Dubitatur cum essent adiuudicanda d. Ecclesia super quibus litigabatur, Episcopo vel Abbati: Respondet Sum- mus Pontifex in d. c. auditis, quod siquidem per præd. priuilegium constiterit, quod Abbas allegauit, absol- uatur Abbas a petitione Episcopi, & Episcopo super il- lis silentium imponatur. Si vero priuilegium supradic- tum non appareat, & sic Abbas in hac probatione pri- uilegium defecerit, probauerit tamen legitimam præscri- ptionem (nunc ad rem) tunc inquit tex. quod audiantur probationes super tempore, quo intra quadraginta annos sedes Episcopalis vacauerit, & si per tantum tẽ- pus vacasse constiterit, vt illo subducto non sit quadra- genaria completa præscriptio, adiudicetur ius Episco- pale in prædictis Ecclesiis Episcopo, & silentium im- ponatur Abbati. Quæ probatio incumbit Episcopo, quia postea dicit textus, quod si Episcopus non probauerit præd. exceptionem, imponatur silentium Episcopo super his, quæ Abbas præscripsisse probatur, quorum præscriptio nõ fuit interrupta per Episcopum. Et hoc est, quod text. ille, lon- gus licet, continet. Ergo cum probata ibi legitima præ- scriptione aduersus Episcopum actorem per Abbate- reum ad excludendam illam legitimam præscriptionem actor teneatur probare tempus, quo subducto non sit completa quadragenaria præscriptio, alias iudicatur pro præscriptione, & sic in fauorem rei: eodem modo dicendum est in proposito, quod probata d. legitima præscriptione per reos, cum actor & sic monasterium minime probauerit tempus ingressus religionis præd. monialis, quod sufficiat ad perimendam dict. præscri- ptionem, scilicet, vt constat, non esse completam ad- uersus monasterium, consequens est, vt ipsi perpetuum silentium imponendum sit, absolutis & liberatis in totum reis.

Cum igitur Monasterium nec allegauerit, nec repli- cauerit id, quod tenebatur allegare & probare necessa- rio ad vincendos reos, nempe quod sup. est dictum, con- sequens est, vt rei sint absolucndi, actori autem perpetuum silentium imponendum.

Secundo, quia etiam si pro parte d. Ioannæ & ipsius monasterij supradicta fuissent allegata, adhuc reis non præiudicarent, quia non probatur emisisse professionem d. dominam Ioannam in d. monasterio, vt gaudere pos- set præscriptione quadragenaria Ecclesiis concessa, vt tenebatur probare, cum esset fundamentum sue inten- tionis, vt in l. actor, quod asseuerat, l. de probat. & in l. 1. tit. 14. part. 3. cum aliis iur. b. vulgar. Nec constat si replicate, quod in mandati instrumento a præd. monasterio celebrato ad hanc litem mouendam asseritur, & constat D. Ioannam esse Abbatissam d. monasterij, ex quo necessario consequitur, illam esse monialem profes- sam. Nam alias non esset prælata d. monasterij. Quo- niam licet hoc ita sit, non tamen constat de d. professio- ne ante celebrationem d. instrumenti, quod fuit da- tum præd. ann. 1564. quo tempore iam possessio reo- rum erat longissima & præscriptio completa, vt supra dictum est.

Cum ergo dicti rei excludant actionem contra se propositã exceptione legitime præscriptionis a se pro- bata, debebat monasterium replicasse, articulasse & pro- basse id tempus ingressus religionis dict. monialis, quo constaret aduersus monasterium non esse completam dictam præscriptionem, vt sic exceptionem reorum perimerent. Quia, quando f. tempus, vel locus, vel ali- qua alia qualitas requiritur a iure pro forma & substã- tia alicuius actus vel dispositionis, & quis fundat in ea intentionem suam agendo vel defendendo, necessario & formaliter debet probari per eum, vt est textus ex- pressus in leg. non solum, s. sed, vt probat. ff. de operis noui nuntiatione, & ibi notant Bartolus & communiter Doctores inferentes ex hoc ad plures quæstiones in practica.

Quod f. adeo verum est, vt licet negatiua de iure sit improbabilis regulariter, vt in d. l. actor, quod asseuerat, l. de probat. id tamen fallit, quando negatiua est causa intentionis alicuius, siue agentis, siue excipientis: nam tunc ei, qui negat, incumbit onus probandi. Ita tenet Bart. in l. si per alium, §. docere, n. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vt exim. vbi cum sequuntur Paulus de Castro n. 5. & Ioan. Orosc. n. 2. l. as in §. præcedenti, eiusdem l. n. 2. & tenet idem Bart. per tex. illum in l. in illa stipulatione, nu. 5. vbi l. as. & ceteri d. eum sequuntur, ff. de verb. obligat. se- quitur etiam alios allegans Matth. de Afflic. decis. Neapol. 377. est q. communis & recepta opinio.

Non ostat, quod præd. domina Ioanna in vita patris fuit impedita, quo minus peteret, & quod pater ipsius mortuus fuit anno Domini 1537. Quia respondeo, de- bere probari tempus d. ingressus religionis, vt supra di- ctum est, idq; post mortem patris fuisse, alias enim cum

aduersus monasterium sit prescriptum, pro ipsi re...

Secundo etiam possumus dicere, quod prescriptio...

Quoniam iuxta hanc l. videtur, quod vxor, durante...

Nec contra dicta, reos obstat interruptio Dominae...

Vltimo non obstat si allegetur, quod in instrumen...

to venditionis d. fundi, quam fecit olim quidam Va...

Quoniam contrarium tenent Angel & Imol. in d. l. cum...

Quod tunc precipue procedit, quando vendens nomi...

Maxime, quod Felin. in c. sent. n. 31. ad fin. de re iudic...

Non obstat dictum Baldi in l. 2. c. si ex fals. instrum. 15...

ex aliquibus indicijs; Praesertim, quoad inducendam...

S V M M A R I A.

- 1 Sententia lata contra reum principalem, transacta in...

CONSILIVM XXIX.

Vlto hoc processu super exsequutione contra fi...

- 2 Non t obstat, quod fideiussor appellauerit a dicta...

habet paratam exsequutionem, vt concludunt bene...

Non etiam obest, quod quando fuit petita d. exsequ...

Quoniam t et si fideiussor sit obligatus guarentigie, 3...

Quia si t instrumento guarentigio dies non appo...

Imo in t expressis terminis fideiussoris de iudicato...

Vltius etiam in terminis idem videtur tenere pro...

Vltius etiam t facit, quia a mandato de exsequen...